

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

**Meditationum evangelicarum pars secunda, hoc est:
Solida, ad descendam & exercendam, ex evangeliis tam
dominicalibus quam festivalibus Christi & sui-ipsius
notitiam, informatio**

Creide, Hartmann

Francofurti ad Moenum, 1682

De secundo

[urn:nbn:de:bsz:31-126164](#)

2. *externam seductionem*, quam Diabolus procurat, quæ fit

1. *peccata colorando*. Hinc est, ut quemadmodum Sebul, umbras montium pro viris habebat: Jud. 9. v. 36. ita nos ob innatam cœcitatem umbram pro veritate, & maxima crimina pro virtutibus reputemus, & malum manuum nostrarum dicamus bonum, Mich. 7. v. 3.

2. *maxima extenuando*. Sicut Pharisæi præcepta Dei in majora & minora diviserant, Matth. 5. v. 19.

Sic multi sunt, qui scortationem tantummodo pro ludo, & oblectamento juventutis reputent, ut ille apud Comicum ait: *Nun flagitium putas adolescentem scortari*, cùm tamen nullus fornicator & immundus partem habeat in regno Dei & Christi, Eph. 5. vers. 5.

Sic multi inter ebrietatem & ebriositatem, ut inter infernum & purgatorium discrimen statuunt.

Sed *minuta etiam peccata*, si negligantur, occidunt, Augustino dicente.

Cùm Lothus Sodomiis egressus esset, existimabat, se planè in vado esse: sed in hac securitate circumventus est à Dæmonie, ut incestum cum filiabus suis commiserit, Gen. 19, 33. Sic nos in securitate degentes, eò facilius à satana seducimur. Propterea observemus illud Salomonis: *Beatus, qui semper est pavidus, at qui indurat cor suum, coeruit in malum*. Prov. 28. v. 14.

3. *Continuationem sollicitando*. Ubi anguis cum capite pertransit, facile totum corpus sequitur: Sic si Diabolo in minimis obsequimur, ab iniuitate ad iniuitatem nos trahit, Rom. 6, 19. tandem in barathrum infernale præcipitat, Apoc. 21. v. 8.

Hoc si justa animi lance perpendrimus,

nos quoq; cum Bartimæo oculis captos ofse, deprehendemus, at non oculis corporis, sed mentis, nos percipientes ea, quæ sunt Spiritus Dei, 1. Cor. 2. v. 24. Ideo assidue oreimus cum Davide: *Revela Domine oculos meos*, & considerabo mirabilia de lege tua, Pl. 119. v. 18. is enim illuminatos oculos cordis nostri dare potest, Eph. 1, 18. & corda nostra aperire, ut Lydia cor, Act. 16, 14. ut attendamus verbo Prophetico, 2. Pet. 1, 9. & indies crescamus in cognitione Dei, Col. 1. v. 11. usq; dum ad perfectionem adspiremus per speciem non per fidem ambulantes, 2. Cor. 5. v. 7. coram Domino in terra vivorum. Ps. 116. v. 9.

De Secundo.

Pergemus nunc ad alterā partem, *γνῶστας*, sive *notitiam Christi* contemplaturi. Hic nobis in hoc Evangelio propinquit.

I. *Tanquam agnus immolandus*. Ecce inquit Servator, adscendimus Hierosolymam, & consumimabuntur omnia, quæ scripta sunt per Prophetas, de filio hominis.

In V. T. Judæi varia sacrificia habuerunt, quorum tamen nullum peccata expiare potuit, sed typi duntaxat fuerunt, Christi immolandi, qui unâ oblatione confirmavit in sempiternum eos, qui sanctificantur, Hebr. 10. v. 14.

Hoc sumмum opus inchoavit in hoc Evangelio, ubi cum Apostolis Hierosolymam adscendit, haud ignarus, quid ibidem sibi obventurum sit. Et qui nesciret? Ipse siquidem consilio divino de redēctione generis humani interfuit, Act. 4. v. 27. 28. Propterea ait: *Ecce venio*, Psalm. 40. v. 9.

Ex hoc amore ejus ardentissimum erga nos cognoscere possumus, de quo Bernhard.

O Do-

O Domine Iesu, quid tibi est? Mori nos debuimus, & tu solvis? Nos peccavimus, & tu luis? Opus sine exemplo! gratia sine merito! charitas sine modo!

Firmam hinc in cruce consolationem capere possumus. Quodsi enim servator noster adeo prompte ascendit Hierosolymam peccata nostra expiatum: quidni nobis in cruce auxiliarem manum ferret? Ibi mortem subire tenebatur. Ait hic unico verbo nobis opitulari valet. Matth. 8. v.8. Propterea apud ipsum solum consilium & opem queramus, ipse ex amore pro nobis mortuus; amor ejus erga nos, emortuus non est, sed miseretur timentium se, ut pater filiorum, Ps. 103, 3. Hinc recte Ecclesia:

~~homo~~ Homo ille detestabilis, ~~est anima~~
~~Et in~~ Remotus à salute:
~~umara~~ In carne cui solaminis
~~Et non~~ Spes non Dei virtute:
~~et alio~~ Qui namque numen alterum

Elegit, hoc abjecit, ~~Seopum pet~~
~~et dæmon~~ Hunc dæmonis mox orphanum.
~~hoc~~ Vis & dolus terribit. ~~pave gente la~~
Der Mensch ist Gottlos und verschlaf /
Sein Heyl ist auch noch ferne/
Der Trost bey einem Menschen sucht /
Und nicht bey Gott dem HErrnen.
Dann wer ihm wil ein ander Ziel /
Ohn diesen Tröster stecken /
Den mag gar bald des Teufels Gewalt
Mit seiner Liss erschrecken.

Imprimis respicienda hic est dignitas personæ, quæ non merus homo, sed Deus omnipotens est, ut vaticinio de passione, & curatione Bartimæi comprobat.

Equidem Deus antehac per Angelos & homines multa heroica facta patravit. De Angelis vide Exod. 12. v. 29. 2. Sam. 24, 15. 2. Reg. 19, 35.

Heroes hominum fuerunt, David, 1. Sam 17, 50. Gideon, Jud. 7, 12. Simson, Jud. 15, 15.

Sed redemptionem generis humani neq; Angelorum neque hominum quispiam ex-
antlare potuit. Sed talis hic requisitus est,
qui in unitate personæ Deus & homo esset.
Deus qui posset, & homo, qui deberet, ut An-
helmus loquitur. Hinc de Judæis dicitur,
quod Dominum gloriae crucifixerint. 1.
Cor 2, 8. & principem vitæ occiderint. Act.
3, 15. attamen non juxta divinitatem, sed
huinanitatem, passus enim Christus quiescen-
te verbo, ut Ireneus loquitur: Divinitas e-
rat in dolente, sed non in dolore: passus est in u-
nitate persona, non in proprietate naturæ, ut
Leo ait. Hinc Petrus: Christus passus est
carne, 1. c. 3, 18. confer, Col. 1. 22.

~~eterni p~~ Quia igitur tanta persona pro nobis pas-
~~qui solat~~ & mortua est, plenissimam habemus ex-
~~piationem peccatorum~~ & dicere possumus:
~~sanguis Iesu Christi~~ filii Dei emundat nos
ab omni peccato, 1. Joh. 1, 7.

Tanquam Dominus adorandus. De
coco enim Bartimæo audimus, quod clama-
ter: Jesu, fili David, miserere mei! Atqui
Christus filius Davidis est juxta humanam
naturam, ergo hinc sequitur, quod eum se-
cundum humanam naturam adoraverit, &
secundum eandem à nobis quoque adorari
debeat. Non quidem ex, & per se: sicuti e-
nim non per se subsistit, sic nec per se ado-
randæ est, sed propter personam, in quam
humana natura per unionem personalem
assumpta est. Vide D. n. 7. v. 13. Phil. 2, 9. Eo
quoque decretum Synodi Ephesinae con-
tra Nestorium habitæ collineat: *Siquis di-
ceret, assumptum hominem coadordanum Deo
verbo, ac non portius una adoratione venere-
tur immanualem, unamque glorificationem ei*

P 3 de-

train, id
care solent
ab oculis
nostris oc
do in v
humores
quæ ocul
fint, i. T
ad patem
Hoc
tio enim
refrac
svis mer
Domin
& depe
sed à D
mou nac
5 v. 11.
mus, &
refaci
am nob
diz ejus
Paulus,
3. In
argente
Chirurg
Hoc
potest
percepi
dimem
Ethnic
dum su
zium n
confide
adefit, G
Hic

Dominica Quinquagesima.

118

dependit, secundum quod verbum caro fa
ctum est, anathema sit.

Hæc nostra quoque mens est, quicquid
alii diversi sentiant, videbunt illi aliquando,
in quæ pupugerint, Zach. 12, 10. Christus e
nī recte agnoscendus est, si salvari per eum
velimus. Quia enim caro ejus caro vivifi
ca, Joh. 6. v. 51. & sanguis ejus emundat
nos à peccato, 1. Joh. 1. v. 7. Humanam
sanè in Christo naturam, divinæ virtutis,
majestatis, & gloriæ participem factam, ne
cessè est, secus enim divina hæc idiomata de
ea efferrinon possent. Propterea quoque
totum Christum, ut θεόν των una adora
tione invocamus, qui exploratum habemus,
sicut in diebus carnis solo contactu multos
curavit: sic multo magis eum suspiria no
stra exauditurum, postquam ad dexteram
Dei evenitus est, Eph. 1. v. 20. Ut enim pa
ter ejus operatur, sic & ipse operatur, Joh.
5. v. 17. & operatur salutem in medio terræ
Psal. 74, 12.

III. *Tanquam Oculista deprendandus. Cor
poralis cœcitas diversas habet causas: Quan
doque pellicula oculi obducuntur nonnum
quam luffusione homo laborat. Aut etiam
in nervis opticis salsus humor residet, qui
spiritus visionis debilitat, ut parum vel nihil
ille cernere queat.*

Hoc vero multifariam fieri consuevit.

Nonnulli enim cœci nascuntur, quale ex
emplum legimus, Joh. 9, 1. Alii per accidens
visu privantur, ut Tobias, cap. 2. v. 11.

Interdum contigit, ut oculi huic vel illi
eruti sint, ut Samsoni, Jud. 16. v. 21. vel ali
quis peculiari Dei fato caligine infestetur,
uti Elimas magus, Act. 13, 11.

Imprimis vero senectus visum debilitat,
vel plane auffert, sicut de Isaac memoratur,
quod caligaverint oculi ejus, Gen. 27. v. 1.

Hic quidem Medici corporales aliquid adju
mentia adferre possunt, si consilium eorum
in tempore adhibetur. Quando vero pupil
la læsa vel plane amissa est, nemo invenie
tur, qui illam restaurare valeat. At servator
noster facilime idem præstare potest. Vo
cat enim ea, quæ non sunt, tanquam ea quæ
sunt. Rom. 4. v. 17. & potens est facere su
perabundanter, super omnia, quæ petimus,
aut intelligimus. Eph. 3. v. 20.

Quod corporalem sanationem attinet, ex
emplum in præsente Evangelio habemus,
in cœco Bartimæo, cui verbo visum restitu
it, eoque satis probat, se Dominum esse di
centem & facientem, Ezech. 17. v. ult.

Spiritualiter vero adhuc hodie artem su
am in nobis ostendit, quicceci sumus, &
manutentamus, 2. Petr. 1. 9. Ipse enim est
Dominus Deus, sanator noster. Exod. 15. v.
ult. Sicut igitur alias corporalis visus re
stitutur:

1. *Perpicillo, quæ inventio Opticorum
est, qua per vitrum, res ab oculis longe
metas, quasi præsentes cognoscere vale
mus: Sic etiam in spirituali hac sanatione
perpicillo suo utitur, quod est sacra Scri
ptura. Per hanc in cœlum perspicere possum
us, & Deum quo ad essentiam & volunta
tem cognoscere. Deut 6, 4. Matth. 3, 16. 17.
In infernum penetrare, & ubi deinceps diabolus
observare, Eph. 6, 11. in mundo provide
re concupiscentia carnis & oculorum, & fu
perbia vitæ nos seducant, 1. Joh. 2. v. 16. quin
& in ipsa cordis penetralia, inspicere, & ma
litiam ejus scrutari, Gen. 6, 5. Imo hoc
perpicillo utentes, revelata facie gloriam
Domini, tanquam in speculo, recipimus,*
2. Cor. 2. v. ult.

2. *Vesicatorio. Quia enim ejusmodi ocu
lorum defectus saltē à pituita originem
trahim, id
care solent
ab oculis
nostris oc
do in v
humores
quæ ocul
fint, i. T
ad patem
Hoc
tio enim
refrac
svis mer
Domin
& depe
sed à D
mou nac
5 v. 11.
mus, &
refaci
am nob
diz ejus
Paulus,
3. In
argente
Chirurg
Hoc
potest
percepi
dimem
Ethnic
dum su
zium n
confide
adefit, G
Hic*

trahit, ideo vesicatoria pone aures applicare solent, quibus cursus ejus inhibetur, & ab oculis aliorum derivatur. Sic cœlestis noster oculista multis oculos aperit, quando iis vesicatorium applicat, per crucem, & humores innatae concupiscentiae supprimit, quæ oculos intellectus ita hebet, ut inflati sint, 1. Tim. 6. v. 4. & non cognoscant, quæ ad pacem eorum faciunt, Luc. 14, 42.

Hoc multum sœpe utilitas afferit. Vexatio enim dat intellectum, Esa. 28. v. 19. Tum respicimus & cogitamus, quid peccatis nostris meriti simus, dicentes cum Micha: Iram Domini portabo, Mich. 7. v. 9. Sospicimus & deprehendimus crucem non fortuito, sed à Domino immitti. Psal. 68. v. 21. Inficiimus nationes hominum, Sir. 2. v. 11. Jac. 5. v. 11. Despicimus denique & perpendimus, quod peccatis nostris damnationis rei facti simus, si Deus juxta justitiam suam nobiscum agere vellet: sed misericordia ejus in nos exarserunt, Ose. 11. 8. 9. Hinc Paulus, 1. Cor. 11. v. 32.

3. Instrumento Chirurgico, quod est acus argentea, qua suffusio oculorum, manu Chirurgi tollitur.

Hoc etiam spirituali suffusioni applicari potest. Inveniuntur homines qui ita in peccatis obdurati sunt, ut ea in consuetudinem quasi deduxerint, sicut Paulus de Ethnicis scribit, Eph. 4. 19. Et quemadmodum suffusio, ante triennium vel quadriennium non tolli potest: Sic & hi peccatum in conscientia sua non sentiunt: sed in foribus adestr. Gen. 4. 7.

Hic proinde Deus ministros suos ordi-

navit, qui acu legis suffusionem removere jussi, ipsis peccata indicare tenentur, quæ alias videre nequeunt, Psal. 40. v. 14. Psal. 19. v. 89.

4. Collyrio. Sicut legimus de juniore Tobia, quod de felle pilicis liniverit oculos Patris sui, & cœperit albugo ex oculis ejus, quasi membrana ovi egredi. Tob. 6. v. 9. c. 11. v. 13. Sic suadebat filius Dei Angelo Ecclesiæ Laodiceæ, collyrio inungere oculos suos, ut videret. Apoc. 3. v. 18. Hoc collyrium h. m. præparari potest:

R. Camphoram Contritionis.

Myrrham Mortificationis,

Adde: Species Dia Apostolorum.

Species Dia Martyrum,

Species Dia Sanctorum.

Affunde aquam Euphrasiam, cum guttis aliquot lacrymarum Christi: Misceantur hæc omnia in mortario conscientia, coquantur ad ignem tribulationis; Fiat unguentum, probatum est; Considerabis non modo mirabilia de lege Dei, Ps. 119. v. 18. Sed aliquando etiam in vita æterna videbis faciem Dei in justitia, Ps. 17. 15.

Hæc media illa sunt, quibus cœlestis oculista noster, adhuc hodie nobis oculos aperit, si iis uti recte velimus. Quivero media hæc spernunt, illi juvari non possunt. Ideo dicitur in Psalmo: Abibit ad progeniem patrum suorum, & usque in æternum non videbit lumen. Psal. 49, 20. Quod à nobis clementer avertat misericordissimus pater, per filium suum, Jesum Christum, Dominum & Servatorem nostrum,

Amen.

DO-